Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



67

O mihi carissimi filij · cum a uobis discessero
nusq̃ aut nullum fore · neq; enim dum era
uobiscum animũ uidebatis meum · sed eũ
esse in hoc corpore ex his rebus quas gere
bam intelligebam · eundemq; igit esse creduo
te etiam si nullo modo uidebitis · nec uero
clarorum uirorũq; post mortem honores
permanerent · si nihil eorũq; ipsorum ani
mi efficerent quo diutius memoriam sui
teneremus · mihi q̃dem persuaderi nunq̃
potuit animos dum in corporibus essent
uiuere cum ex his euaderent emori · nec
uero tum animũ esse insipientem · cũ ex
insipienti corpore euasisset · sed cum omni
admixtione corporis liberatus purus et in
teger esse cepisset tum esse sapientem · Atq;
etiam cum hominis natura morte dissol
uitur & ceterarum rerum perspicuum
esse quo queq; discedant · Abeunt enim
illuc omnia unde orta sunt · Animus
autem solus nec cum adest nec cum dis
cedit apparet · Iam uero uidetis nihil esse